

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Joh. Jonstoni Thaumato-graphia Naturalis

Jonston, Jan

Amstelodami, 1661

Caput IV

urn:nbn:de:bsz:31-97032

CAPUT IV.

DE AMMI, AQUIFOLIO
ASPLENO, & ARBUTO.

Ammi legitimi semen, quod Alexandria mittit, mulierum curat fecunditatem, si drachmæ pondere, mane, alternis diebus tribus ante cibum horis, propinaveris. Illis tamen diebus eis non debere commiscei maritos, adjiciunt *Mathiol. in. 3. Diosc. cap. 61. Aquifolii* flore aqua glaciatur, & baculus ex eo factus, in quodvis animal emissus, etiam si citrà ceciderit defectu emittentis, ipse per sese recubitu propius adlabitur. *Plinius lib. 22. Asplenium* Creta habet circa Potereum amnem, qui duas urbes Enosam & Cortinam interlabitur. Splenem pecori devorata demit; hinc illi nomen. Certa parte quæ ad Cortinam spectat, ubi ingens illius copia, *ἢ Ἐπὶ τὴν ἑνὴν* hoc inventum est, secus, quæ ad Enosam. Nullus enim ibi ejus proventus. In averfa foliorum ejus parte, aureus invenitur pulvis, qui drachmæ pondere, cum albi succini farinæ semidrachma, ex succo porulacæ potus, gonorrhæa juvar laborantes. *Arbutus* mense floret Iulio, flores singulari appendice postrema tacematim coherent parte, specie quisque myrto oblongo similis, & magnitudine tantus, non foliatus, concavus, tanquam ovum exsculptum, ore aperto: cum autem defloruerit, retinaculum perforatur. *Theophrast. l. 3. cap. 16. de Plantis.*

CAPUT V.

DE ARUNDINE, ASSE-
RAL, & AGNACATH.

IN Zeilam tam capaces *Arundines* sunt, ut ex eis parent monoxyla; sed & lanceas ex iisdem conficiant. Sicut